

lib. 2. (vnde et si L. Pompeia mater filium occidens puniatur, de patretamen L. filet IAC. CVIAC. lib. 6. Obseruat. cap. 17. IAC. GOTHOFRED. ad l. 2. Cod. Theodos. de liberal. causs.) quod vtut tempore Hadriani adhuc quodammodo obtinuerit, IAC. GOTHOFRED. d. l. quoniam tamen per insidias indicta caussa latronis magis more quam patris iure filius intersectus erat, poena deportationis patri irrogata. Altera ratio BARTOLI est, quod propter omnes illas [exhereditationis] caussas filius perdit ius alimenta petendi, & denegare alimenta est necare L. Necare ff. de adnosc. & al. libb. ergo pater, quod propter omnes illas caussas pater excusatur a pena parricidii. Resp. 1] peti heic τὸ ἐν αἰχῇ quum supra §. 4. seqq. iam euictum, perperam regulam generalem ex l. 5. §. II. ff. de adnosc. & al. libb. exsculpi, & separanda esse alimenta naturalia a ciuilibus. 2] Non cohæret argumentum BARTOLI. Quodsi enim ex cunctis illis caussis filium ingratum alimentis in vniversum omnibus priuare atque adeo occidere fas est, patrem non a parricidii tantum verum & extraordinaria pœna, si filio necem adferat, absoluendum esse consequitur.

C A P. III.

QVIBVS MODIS EFFECTVS IN-
GRATITVDINIS TOLLITVR.

CONSPECTVS CAPITIS.

*P*rimus modus Reconciliatio §. I. *Quoad filium ingratum nihil interest, siue ante siue post exhereditationem factam patri reconcilietur. Respondetur dissentientibus §. II. Secundus modus Remissio. Filius ingratus ab intestato ius succedendi non*